

tius perscrutatus erit, recte illum iudicasse facile perspiciet. Plura ibi allata sunt quam quae adumbrentur hoc loco. Unum premit et urget ille assiduo meritoque, multarum rerum mythicarum quasi medullam intimam esse sidus illud mobilissimum telluri proximum, facie varia et mutabili insigne; lunam dico. Multis ille fabularum varietatibus pro certo contendit lunae modulationes multifariam immutatas modo auctas, modo dimidiatas vel ad hemicyclii tenuitatem reductas fabularum quarundam proprietate exprimi. Ipse quoque, ni fallor, annulos illos Tarpeiae mortiferos lunae dixit significare circinos vel plenilunium et altercationem et mutationem nigri ac splendentis orbis. Longum est quae huc attinent exponere prorsus, de quibus Siecke multus est. Quodsi de Niso et Scylla referens lunam restitutam vel redivivam Nisi regis capillo aureo exprimi censet, multis quas affert Krappe fabulis repetuntur minima rerum varietate, in quibus idem illud sidus significari persuasum habet. Magis autem magisque recentem hanc de fabulis sidereis disciplinam in virorum doctorum animos pedetemptim insinuari admodum videtur sperandum.

Berolini.

C. Fries.

---

#### Berichtigung.

In meinem Aufsatz Jahrg. 1928 S. 144 Anm. 1 sind leider versehentlich ein paar Worte ausgefallen; es muss daselbst Z. 4 v. u. heissen: ‚wie <gewiss nur ausnahmsweise> das tyrrhenische Meer‘.

Saarbrücken.

U. Hoefler.